

# Kreis Paderborn

S. 148

1192.

Wolfs, Graf von Stormarn-Holstein-Wagrien schenkt dem Kloster Hardehausen das Eigentum an einem Gute bei Willebadessen.

A(dolfus) Dei gratia comes Stormariae, Holsatiae, Wagriae. Cui multum committitur, ab eo et multum exigitur. Quia ergo praecellere me video temporalium bonorum amplitudine praecellere necesse est beneficentiae largitate. Notum ergo sit fidelium universitati me in remedium anime matris meae Mechtildis contulisse coenobio sanctae Mariae in Hersvithehusen praedium quoddam cum omnibus attinentiis suis, quod Hermannus de Usethe cum filiis suis a me iure feodali suscepit. Jus ergo propietatis huius praedii praefatae ecclesiae legitima donatione contradidi in opus luminarium in nocte; locus vero possessionis eiusdem vicinus est monasterio, quod Wilbodessen vocatur. Ut ergo rata sit ista donatio et a successoribus meis inconcussa permaneat, praesentem scedula signare curavi sigilli mei testimonio. Huius rei testes sunt: Frithericus de Bobare, Lothewicus dapifer, Bernardus de Scowenburch, capellanus et alii quam plures. Anno dominicae incarnationis MCXCII, in dictione X, epacta VII<sup>a</sup>.

VII, 53. — Regeft: Hafse, Schleswig-Holstein-Lauenburg. Reg. I Nr. 177  
zu [? 1192].